B. N. C.
FIRENZE
1004
5

1004. 5

H 1

SYLLOGE
NUMISMATUM
AUREORUM, ARGENTEORUM, ÆREORUM.

Quæ

Antiſtes Beatiſſimus,

JO. MICH. DILHERRUS,

COLLEGIO SEBALDINO

Lubens

Teſtamento reliquit.

BIBLIOTECA NAZIONALE 1872
XXVIII.
DILH:

Curioſo
LECTORI AC SPECTATORI
CHRISTOPHORUS ARNOLDUS
Salvere & Gaudere.

Quoties Venerabilem noſtrum *Miniſterii Norimbergenſis Antiſtitem* cogito, toties *Cæſarius* in mentem mihi venit *Arelatenſis*; cujus teſtamentum *per epiſtolam conditum, bellum hoc ἀκροτελεύτιον habet: *Ego ergo Cæſarius peccator, cùm debitum humanæ carnis reddidero, heredem nomino Eccleſiam Arelatenſem.* Ita Dilherrus Sebaldinam & *bibliothecæ* ſuæ (ſi numerus librorum putetur, ferè octo millia implentis) & *rei nummariæ* heredem nominavit. Muſæum Illius venerandæ antiquitatis reverà ſacrarium fuit; & hoc mihi, ſæpè illud inſpicienti, planè hæſit, quod *Octav. Ferrarius*, in epiſtola ad *Franc. Vitellium*, Pontificis ad Venetos Legatum, ſcripſit: *Neſcio, quid magis*, ait, *admiratus ſim: Romanam, Græcamq́; hiſtoriam, auro, argen-*

*Baron. in Ann. Eccl. ad A. C. 508. num. 23.

argento, ære per ſacros vultus, & pares æternitati literas ſignatam; faſtorum paginas, vivasq; Conſulum effigies, non interrupta ſeculorum ſerie nummis expreſſas; Imperatorum populum, augusta Cæſarum ora, injuria vetuſtatis nusquam victa; tot ingeniorum atque artificum miracula: An verò tantam in Te horum omnium peritiam; ut & ſuis loculis diſpoſita eruditè ſerves, oculosq; dignoſcendi adſuetudine exercitos, totq; ac tàm diſpares formas, veluti unius familiæ capita cognita habeas, de omnibus accuratè diſputes, ſenſus abditos occultasq; notas explices, & quoddam veluti Imperatorum luſtrum peragas. Seculo tunc gratulabar, & mihi, quòd in penetralia protinùs me induxerat; quòd literas, meque reſpexerat; quòdque hæc ſtudia foverat, quæ nunc plebeja ingenia, recentibus nummis mancipata, vix aſpectu dignantur. Nemini verò pravum, abſurdum atque alienum à Templo videri debet, quòd ei Syllogen hanc nummariam ſubjunximus: In Epheſino Dianæ ſecuritatis gratia omnium gentium pecunias fuiſſe congeſtas, tradit Dio Chryſoſtomus, Oratione Rhodiaca. Ejus opum meminit & Trebellius Pollio, in Gallienis: *Tunc etiam templum Dianæ*

Epheſiæ diſpoliatum, & incenſum eſt, cujus opes fama in populos ſatis nota. Quapropter non ab re viſum eſt, Templo huic quaſi gazophylacium adſtruere rariorum numismatum, prout ea, in ordinem digerenda, veteris hujus pecuniæ dominus curæ olim ac fidei meæ commiſerat. Si conjectura interdum non acceſſi propiùs, ignoſce, Lector, & dicam: erravi, lapſus ſum. Denique ego hoc loci, quod alibi Tullius: *Qui benè conjiciet, vatem hunc perhibeto optimum!* Hunc ipſum, inquam, meliora monentem ultrò ſequar; & in ære ejus me eſſe, ſemper profitebor. Vale, & (quando ac quoties Reverendi Collegii hujus Diſpoſitori dexterrimo ſimul ac facillimo per ſacra negotia commodum fuerit) omni cura inſpice!

NUMISMATA AUREA.

1. Græci cujusdam Ducis.
2. Coſſarum.
3. Familiæ *Fabiæ, Labeonis* cum Roma galeata.
4. Familiæ *Sempronianæ*.

SECULO PRIMO.

5. C. Cæſaris *Dictatoris*.
6. Ejusdem, *Conſulis*.
7. D. Auguſti.
8. Tiberii, *Pont. Max*.
9. Neronis, *cum Salute*.
10. Ejusdem, cum *Janua*, ſive *Transitu*.
11. Titi Veſpaſiani.
12. Domitiani.

SECULO SECUNDO.

13. Hadriani *Conſulis*.
14. Antonini Pii.

SECULO TERTIO.

15. Saloninæ Auguſtæ, *Lic. Gallieni* uxoris.

SECULO QUARTO.

16. Conſtantini Magni.
17. Gratiani.
18. Arcadii.

SECULO QUINTO.

19. Theodoſii II.
20. Zenonis.

SECULO SEXTO.

21. Juſtiniani.

SECULO OCTAVO.

22. Conſtantini VII. cum matre Irene.
23. Nummus *ignotus*.

RECENTIORA.

24. *Eliſabetha*, Fil. Andr. Reg. Ungar. obiit Marb. A. M.CC.XXXI.
25. Nummus caſtrenſis *Viennæ obſeſſæ* A. C. 1529.
26. Aureum inſigne *Ordinis Teutonici.*
27. Gutta aurea (*ut vulgò fertur*) iridis.

NUMISMATA ARGENTEA

EBRÆORUM.

Septem, è quibus Sicli *quatuor* Judæorum & Samaritanorum, æri jam inciſi, exhibentur in *Dilherri Atrio Linguæ Sanctæ*, cæteri in *Hottingeri Cippis Ebraicis.*

GRÆCORUM.

1. Agrigentinorum.
2. Alexandri, cum *pegaſo.*
3. Ejusdem, cum *bucephalo.*
4. Ejusdem, cum *leone.*
5. Antiochi Regis.
6. Antiocho *ſimillimi*, ob Aſiæ factum.
7. Athenarum, cum *Noctua.*
8. Berenices.
9. Demoſthenis.
10. Epaminondæ.
11. Evagoræ.
12. Lyſandri.
13. Lyſimachi Regis.
14. Urbis *Macedonum*, vel Regionis primariæ.
15. Bacchi, *Maronitarum* Servatoris.
16. Regis *Maſſilienſium*, ſive Ducis.
17. Mithridatis, cum *cervo.*

18. Ejusdem, cum imagine *ſedentis Imp.*

19. Palamedis.

20. Philippi *equitantis.*

21. Ptolemæi Regis.

22. Rhodiorum.

23. Socratis.

24. Syracuſiorum.

25. Thaſiorum, cum *Hercule* Servatore.

26. Thraſybuli.

27. Timothei *Athenienſis.*

28. Xenoclis, *cum Apolline.*

29. - - - , *cum Apolline.*

30. 31. 32. Tres *hactenus ignoti.*

Nota:

Refer huc craſſiorem cum *teſtudine repente* nummum, in cujus altera facie ΑΙΓΙ, quaſi intra ædium trabes, conſpicitur; & vel *αἰγιναίαν δραχμὴν*, ſtipendium militare quotidianum denotat, apud Thucydidem; vel idem eſt, quod *αἰγὶς* munimentum pectoris, habens in medio Gorgonis caput.

ROMANARUM
FAMILIARUM.

1. Aquilii, cum *Diana in bigis*, & *duabus ſtellis.*

2. C. Caſſii, cum Roma galeata, & *Libertate in quadrigis*, dextra *pileum*, ſiniſtra *haſtam.*

3. L. Caſſii.

4. Catonis.

5. Ap. Claudii.

6. Ti. Claudii.

7. C. Con-

7. C. Conſidii.
8. Herennii.
9 Lentuli.
10. Lucretii.
11. C. Memmii.
12. L. Memmii.
13. Pæti.
14. Papii.
15. Poſtumii.
16. Reguli.
17. Cor. Scipionis.
18. Sergii.
19. Servii.
20 21. Suliciæ, ſive *Sulpitiæ*, familiæ.
22. Voconii.
23. *Ignoti* cum *quadriga* triumphali.
24. *Ignoti*, cum *equite*.
25. *Anonymi*, cum corona *quercea*, S. P. Q. R. & *Salute generis humani*.

ROMANORUM
IMPERATORUM.
SECULO PRIMO.

1. JUL. CÆSARIS, *Dictatoris Perpetui*.
2. Ejusdem, cum *elephanto*.
3. Ejusdem, cum *captivis duobus*.
4. Ejusdem, cum *lituo*.
5. *Ciceronis*.
6. *Ciceronis* & *Catonis*.
7. AUGUSTI, cum *ſidere* * *natalitio*. 8. Ejus-

* Habuit enim *Capricornum aſcendentem* in horoſcopo, velut *Veſpaſianus*, *Carolus V*, *Carolus Borbonius*, & *Coſmus Medices*; de quibus Chriſt. Matthias *lib. IV. Theat. Hiſt. p.* 41.

8. Ejusdem, cum S. P. Q. R.
9. Ejusdem, cum *ſignis pontificalibus.*
10. Ejusdem, cum *arbuſculis.*
11. Ejusdem, cum imagine *Pacis* aut *Victoriæ.*
12. M. Æmil. Lepidi, *Auguſti*, in Triumviratu, *collegæ.*
13. Juliæ, *Auguſti filiæ*, ex Scribonia.
14. *Ovidii.*
15. Tiberii, cum *imagine Conc.*
16. 17. Ejusdem, *Auguſti F.* adoptivi, *bis.*
18. C. Caligulæ, unà cum tribus ſororibus, *Druſilla*, *Agrippina*, & *Julia*, à ſe vitiatis.
19. Claudii, cum *Antonia*, filia è Petina ſ *Cn. Pompejo Magno*, dein *Fauſto Syllæ* collocata.
20. Ejusdem, cum *Libertate* Aug.
21. Neronis, cum *portu Oſtienſi.*
22. Ejusdem, cum *allocutione caſtrenſi.*
23. Ejusdem, cum *Aquila fulmini inſiſtente*; de qua Occo, p. m. 174.
24. Ejusdem, cum imagine *Salutis.*
25. 26. 27. Fl. Vespasiani, cum figura *ſedente*, dextra *ramum*, ſiniſtra *caduceum* tenente, *ter.*
28. Ejusdem, cum *Judæa capta.*
29. Ejusdem, cum *Roma reſurgente.*
30. Ejusdem, cum figura *ſedente*, dextra *haſtam*, ſiniſtra *ramum.*
31. Ejusdem, cum figura *ſtolata, ſtante*, ſiniſtra cornu copiæ, dextra *proram.*
32. Titi Vespasiani, cũ *porticu*, vel ædificio quodam.
33. Domitiani, cum *ludis ſecularibus.*
34. Ejusdem, cum *Virtute* Aug.

35. Ejusdem, cum *Moneta* Aug.

36. Ejusdem, cum figura navali, *prora* navis *inſiſtente*.

37. Ejusdem, cum figura *gradiente*, dextram *elevante*, & ſiniſtra *tridentem* tenente.

38. TRAIANI, cum figura *ſedente*, dextra *ramum* tenente, ſiniſtra *ſellæ innixa*.

39. Ejusdem, cum figura *ſtante*, ſtolata, & dextra *ramum* porrigente.

40. Ejusdem; cum figura *ſtante*, dextra *temonem*, ſiniſtra *cornucopiæ*.

41. Ejusdem, cum *Fortuna Reduce*, eaque *ſedente*, dextra *temonem*, ſiniſtra *cornucopiæ*.

42. HADRIANI, cum figura *ſtante*, ſtolata.

43. Ejusdem, cum *Moneta* Aug.

44. Ejusdem, cum figura *haſtata*, *clypeo* ſuppoſito.

45. Ejusdem, cum *Liberalitate* Aug.

46. Ejusdem, cum figura, dextra *victoriolam* ſive *ramum*, ſiniſtra *bacillum* tenente.

47. Ejusdem cum figura *ſedente*, dextra *aviculam*, ſiniſtra *haſtam*.

48. Ejusdem, cum figura *ſedente*, dextra *imagunculam*, ſiniſtra *cornucopiæ*.

49. Ejusdem *Sabina* uxor *ſterilis*, Suetonio *familiaris*.

50. L. ÆLII CÆSARIS, ab Hadriano adoptati; cum figura dextram *porrigente*, ſiniſtra *cornucopia*.

51. ANTONINI PII, cum figura, *pileum*, inſigne *libertatis*, dextra tenente.

52. Ejusdem, cum *indulgentia* Aug.

53. Ejusdem uxor *Fauſtina*, cum imagine *charitatis maternæ*.

54. Ea-

54. Eadem, cum *Pietate* ad aram.

55. Eadem, cum *Aquila* & *Conſecratione.*

56. Eadem, Diva, cum *Cerere*, dextra *ſpicas*, ſiniſtra *haſtam.*

57. M. AUR. ANTONINI PHILOSOPHI, cum *allocutione.*

58. Ejusdem cum *navigio*, fortè naumachiæ.

59. Ejusdem, cum *Pace*; vel *Victoria* ſedente.

60. Ejusdem, cum *Pietate* ad aram.

61. Ejusdem, cum ſimili quadam figura.

62. Ejusdem *apotheoſis*, cum conſecratione *templi*, ſive *ſacerdotii.*

63. ANTONINI ET VERI (hi ſunt *divi fratres*) cum *tribus* legionis VI. *vexillis.*

64. L. VERI, cognom. *Armeniaci* cum *milite ſagato*, dextra *temonem*, ſiniſtra *haſtam.*

65. COMMODI uxor, *Criſpina.*

66. PERTINACIS, cum *Providentia Deorum*, quæ Imperii pilam tuetur.

67. JULIANI (ex Manlia Scantilla) filia formoſa, *Didia Clara*, Cor. Repentino in conjugium tradita, & *Auguſta* cognominata; cum *Hilaritate temporum*, hoc eſt, imagine, dextra *ramum viridem*, ſiniſtra *cornucopiæ.*

68. SEVERI, cum *viro nudo*, effigie *Herculis* cum *clavo.*

69. Ejusdem uxor, *Julia Pia*, cum *Venere Genetrice*, quæ *ſedet*, dextra *globum*, ſiniſtra *haſtam*; cum aſſiſtente *Cupidine.*

SECULO TERTIO.

70. MACRINI, cum *Jove Conſervatore.*

71. SEVERI ALEXANDRI, cum *Liberalitate* Aug.

72. PHILIPPI *patris.*

73. PHILIPPI *Arabis*, cum *alce*: nummus eſt *ludorum* ſecularium.

74. DECII, cum *Adventu* Aug.

SECULO QUARTO.

75. CONSTANTINI (fortè) MAGNI, cum *Providentia Cæſarum.*

Sequuntur

Sex nummi (ceu videntur) *Gothici*, ſine inſcriptione, cum *equis*.

NUMISMATA ARGENTEA RECENTIORA.

1. *Attilæ*, cum urbe *Aquileja*.
2. *Andr. Doriæ*, Ducis *Genuenſis*, cum *triremi*.
3. *Clementis VIII.* Pontificis nummus *jubilæus*.

4. 5. 6. Nummi *Turcici* tres, *Schajeth* dicti, quorum pretia, cum Baſſis, plerunque variant: *Schajah* unicus valet quinq; *Aſpros*, quos ab albedine ſic vocant Græci, quia ex argento conſtant; Arabes ac Turcæ *Acſ.*: ceu Itali *bianchi*, Galli *les blancs*. Hodiè *decem Schajeth* conficiunt thalerum Burgundicum, vel Belgicum, cum *leone*; quem Arabes *canem* eſſe exiſtimantes, hujusmodi monetam *Abu-kelb*, einen Hundsvatter nominant, Chriſtiani verò Europæi, einen Löwenthaler.

7. Nummus *Moſcoviticus*.

Quibus accedunt *quindecim nummuli* argentei.

NUMISMATA ÆREA.

1. *Romuli* Regis.

2. 3. Ejusdem, cum *urbe* Roma.

4. Di

4. *Didonis*, cum Carthagine.
5. *Fabiæ* familiæ.
6. *Ariſtidis*, Athenienſis, nobilitate & juſtitia inſignis; quare ΔΙΚΑΙΟΣ cognominatus: cum *Themiſtocle* diſſentiens, & exilio annorum decem damnatus, *Xerxe* in Græciam cum exercitu veniente, ab exilio (pro ſalute patriæ) revocabatur.
7. *Cononis*, Athenienſium ducis; quem Reſpub. omnibus inſulis ſuis præfecerat: Prælio victus à *Lyſandro*, Lacedæmoniorum duce, ſponte in exilium abiit, ad *Artaxerxem*.

SECULO PRIMO.

8. CÆSARIS Dictatoris Perpetui, cum *L. Buca*, duabus *dextris*, *globo*, *caduceo*, & *ſecuri*.
9. AGRIPPÆ ET CÆSARIS duo capita averſa: à colonia NEMauſenſi cuſus, *in honorem Auguſti*, nummus, poſt devictum *Antonium* & *Cleopatram*, *Ægyptumq;* inde captam, & in formam provinciæ redactam. Id indicare opinantur *Crocodilum*, Ægypti animal, ad *palmam* (quæ victoriam ſignificat) & ferrea *catena* religatum.
10. Ejusdem AGRIPPÆ, cum Conſulatu *tertio*.
11. AUGUSTI, cum *Apolline Actiaco*: Hunc citharœdi habitu (dextra enim *plectrum* tenet, ſiniſtra *citharam*) cum in *veſte longa* ſit, quidam eſſe *Muſam* exiſtimant; pro *Apolline* tamen facit notus ille Propertii verſus: *Actius in longa carmina veſte canit.*
12. Ejusdem, cum *Divinitate*.
13. Ejusdem, cum *Templo*.
14. CLAUDII, cum *Roma ſedente*.
15. Ejusdem, cum *Conſtantia* galeata, dextram *in ſublime* tollente, ſiniſtra *haſtam* tenente.
16. Ejusdem, cum *examine ſtatera*, Perſius vocat, *caſtigare trutinam Sat. I.* Vide Caſaub. comment. ad *v. 7.*
17. NERONIS, cum imagine *Victoriæ.*
18. Ejusdem, cum Roma *ſpoliis inſidente*.
19. Ejusdem, Janum *claudentis*.
20. Ejusdem, cum figura *alata*, dextra *globum* tenente.
21. GALBÆ, cum *Libertate publ.* quæ *pileolo* (nec *campanula*, uti nonnemo) exprimitur.

22. Vitellii, cum gradiente *Marte*, ſiniſtra *victoriolam*, dextra *haſtam*.
23. Veſpaſiani, cum figura ſtolata *ſtante*; dextra *proram navis* (quæ *reducis fortunæ* ſignum eſt) ſiniſtra *cornucopiæ*.
24. Ejuſdem, cum figura ſtolata, *Spei* typo, *floſculum* dextra tenente.
25. Ejuſdem & *Conſulis* & *Cenſoris*, cum *corona*.
26. Ejuſdem, cum *Veſta ſtante*, & Conſulatu VIII.
27. Ejuſdem uxoris, *Domicillæ*, ceu videtur.
28. Domitiani, cum *Fortuna Aug.* ſedente.
29. Traiani, cum figura *alata*, in *globo*, S.P.Q.R. tenente.
30. Ejuſdem, cum *ſtatua*, quam *Senatus Populuſq; Romanus* poſuit.

SECULO SECUNDO.

31. Hadriani, cum prænomine *Trajani*.
32. Ejuſdem *Hilaritas P. R.* cum figura *muliebri*, dextra *palmam*, ſiniſtra *cornucopiæ*; *ad* cujus *pedes* ex *utraque* parte *puerulus*.
33. Ejuſdem, cum figura *ſedente*, dextra *imagunculam Fortunæ*, ſiniſtra *cornucopiæ*.
34. Ejuſdem, cum *Felicitate* Aug.
35. Ejuſdem, cum Felic. & *navi prætoria*.
36. Ejuſdem, cum figura *ſtante*, dextra *haſtam*, ſiniſtra *ſecurim*.
37. Ejuſdem, cum *urceo*.
38. Ejuſdem uxor, *Julia Sabina*, cum Veſta.
39. Antonini, cum figura *ſtante*, dextram *elevante*, ſiniſtra *globum*, cum *ara* ad pedem dextrum.
40. Ejuſdem, cum *Felicitate* Aug.
41. Antonini Pii, uxor *Fauſtina*, cum *Veſta*.
42. Eadem, cum *Felicitate*.
43. Eadem, cum figura *ſacrificante*.
44. Eadem, cum figura *haſtata*.
45. M. Commodi Antonini, cum figura ſtolata *ſtante*, dextra *victoriolam*, ſiniſtra *cornucopiæ*.
46. Ejuſdem, cum figura *ſedente*, dextra *victoriolam*, ſiniſtra *cornucopiæ*.

SECULO TERTIO.

47. Severi Alexandri, cum figura *ſtante*, dextra *ramum*, ſiniſtra *haſtam*.

48. Ejus-

48. Ejuſdem, cum *Spe publ.*
49. MAXIMINI, cum *Pace* Aug.
50. Ejuſdem, cum figura *ſtante*, dextra *congium*, ſiniſtra *cornucopia.*
51. GORDIANI, cum *Æternitate*.
52. Ejuſdem, cum *Lætitia.*
53. PHILIPPI ARABIS, cum *Secularibus.*
54. Ejuſdem, cum figura *muliebri, ſtante* inter *duos leones.*
55. Ejuſdem, cum *Roma æterna.*
56. TREBELLIANI, tyranni vultus.
57. TETRICI *Senioris.*
58. TETRICI *Junioris*, cum *Spe* Augg.
59. CLAUDII, frugi, cum *Annona.*
60. Ejuſdem, cum *Conſecratione*, & *ara.*
61. Ejuſdem, cum *Providentia* Aug.
62. Ejuſdem, cum *Fide exercitus.*
63. QUINTILLI, cum figura militari, dextra *ramum*, ſiniſtra *haſtam*.
64. AURELIANI, cum *Oriente* Aug. figura radiata, *ſtante* inter *duos captivos*, humi *deſidentes*; ſiniſtra *globum*.
65. Ejuſdem, cum *Jove Conſervatore*; ubi duæ figuræ *dextras* ſibi *porrigunt*.
66. PROBI, cum *Comite* Aug. figura galeata *ſtante*, dextra *ramum*, ſiniſtra *haſtam*.
67. Ejuſdem, cum *Roma æterna.*
68. Ejuſdem, cum *Adventu.*
69. Ejuſdem, cum *Pace* Aug. & Dea, dextra *ramum oleæ*, ſiniſtra *haſtam puram*.
70. Ejuſdem, cum *Victoria*, & *trophæo*, & *duobus captivis*, humi *deſidentibus*.
71. DIOCLETIANI, cum *Jove Conſervatore.*
72. MAXIMIANI, cum *Genio* Populi Romani.

SECULO QUARTO.

73. CONSTANTII CHLORI, cum *Genio* Pop. Rom.
74. CONSTANTINI M. cum *Sole invicto.*
75, 76. Ejuſdem, cum *Sole invicto, Comite.*

77. Ejuſ-

77. Ejusdem, cum *Marte Conſervatore.*

78. Ejusdem, cum *Securitate Reip.*

79. Licinii, cum *Jove Conſervatore*, dextra *victoriolam*, (ad *Siſciam*, Pannoniæ urbem) & *aquilam*, ſiniſtra *haſtam.*

80. Gal. Val. Maximini, cum *Genio* Pop. Rom.

81. Constantini II. cum *Liberatione Reip.*

82. Ejusdem, cum *corona quercea Cæſarum Noſtrorum.*

83. Constantii, cum *Gloria exercitus*; ubi *duo milites*, ſinguli *haſtam* tenentes, & *ſignum militare.*

84. Ejusdem, cum *felici temporum reparatione*, & figura militari, *captivum* atque equeſtrem *ſupplantante.*

85. Ejusdem, cum Vict. *quercea.*

86. Ejusdem, cum *labaro*, & *Gloria exercitus.*

87. Constantis, cum *labaro*, & *Gloria exercitus.*

88. Magnentii, cum *duabus* figuris *alatis*, *clypeum* tenentibus.

MANTISSA MISCELLA.

89. Fl. Leontii, ἐν Θεῷ βασιλέως Ῥωμαίων. A. C. 474.

90. Fl. Romani, A. C. 947.

91. Michaelis, cum *Zoë*, *conjuge* ſua, A. C. 1035.

92. Andronici IV. qui vixit A. C. 1374.

Nota:

Quinque Impp. Orientis, *deletis* nominibus, quorum *notæ* & *ſigilla* extant ſingula, apud *Octav. Stradam à fol. 257. usque ad fol. 330.*

Adde his

XX. æreos, ab ipſa vetuſtate *exeſos* & *eroſos.*

RECENTIORA NUMISMATA TRIA:

1. Pecunia *Chinenſis* ærea, ac perforata.

2. *Arabica* moneta, cum duabus *imaginibus*, atque hoc inter alia nomine (ut conjectura mea fert) inſignita: *Melka Schanarhan.*

3. *Chartacea* Batavorum moneta *obſidionalis*, cujus in altera facie: *Lugdunum Batavorum*, in altera: *Pugno pro patria. 1574.* De hac vide *Luckium fol. 252.*

FINIS.

99 455344
1004
5

MC